

XVII, 28.
Orton.

Z 6
3577



XV, 28. ^o Oct.

S. 178.






(Hans. Gottlieb v. Globig u. Maria Aug. Amalie
Gräfin von Bühl)

HYMENAEIS FELICIBVS
ILLVSTRISSIMORVM
IO. GO. A GL. ET MA. AV. COM. A BR

DRESDAE M. FEBR. A. CIOCCCLVI

mnia consiliis rectora salubribus olim,
In que bonum nostras vertere certa vices,
Mens aeterna Dei, caecis mortalia ducit
Saepe viis, ludens pectora nostra mora.
Saepe itidem Sortis bona dat praeuisa futurae,
Nec finit in vana spe trepidare fidem.
Vt nunc quanta, Vir o semper mihi primus in illis,
Quos colo, dicendus, quos que ego deinde colam,
Quanta TIBI, nunquam voto sperata modesto,
Et dedit, et modo dat, moxque data venit?



Namque polo fert illa Deus, iussit que forores

Aurea, ne dubita, voluere pensa TIBI.

Affidet his numen Fortis minus, et pede certo

Vela TVA vt constans impleat aura, facit.

Haec nisi dextra regat, nondum TVA plurima virtus

Cogat Fatorum sub TVA iura colos.

Multa vides alios vano suspendere voto,

Et frustraturas fortis inire vias.

Desuit huic animus, ne sese ad lumina rerum

Exferere auderet, dandaque ferre sibi:

Huic animus superesset, at idem lege negata

Clauum Fortunae vult regere ipse suae.

Nolit ei partem laudis debere fauenti

Fortis: et adscitis vincere fata Diis.

Sed TVA nempe vides genialibus omnia fufis

Ad bona conuerfas deproperare deas.

Et bene, quod coeptis veniebant praemia iustis:

Attamen in cumulum res bona deerat adhuc.

Hanc quoque nunc facili Deus obuius omnia donat:

Ac dedit, ut pulchrum summa coronet opus.

Vna quidem si res felicibus illa negetur,

Nec bene diuorum vita putetur agi.

Hanc moueas vnam: sordebit regia Croeso,

Pontificumque epulis non sapor vllus erit.

Hac sine non Iocus et Risus, vis addita Amori,

Non erit in vacua Gratia iuncta domo.

Demferis hanc mundo: mundum oderis, o bone, vastum.

Mancum sic decoris conditor ipse putat.

Totius imperium dedit orbis, et ille capaces

Molis tantae animos, nondum ea dona tamen,

Per quae summa ferat, generisque exordia nostri:

Sorduit huic orbis totius imperium,

Donec erat solus. Iuncta consorte vel orbis

Vifus in astrorum laetior ire vices.

Inde fit et misero domus aurea quaelibet. inde

Et labor et studium et coenula quaeque iuuat.

Nos ducibus diuis sancto cedamus amori,
 Et generi, in nostrum cui dedit arma caput:
 Cui laqueos Deus in fortes, oculosque, genasque,
 Verbaque, in heroas maxima vincla manus:
 Aegida cui Pallas, lepidae cui fulmina formae,
 Cui pharetras Phoebæ, ceston habere Venus.
 Huic generi risum Charites choreasque dederunt,
 Et faeuum illecebra blanditiisque dolum.
 Martius his furor et ferro concedit, et igni:
 Curribus has contra tendere vanum et equis.
 Nunc, sponse Deo TIBI quæ deducitur vxor,
 Ingens accipito, VIR VENERANDE, bonum.
 Quam sit coniugii fors dulcis, et ILLA decora,
 Felicem in dextram quæ venit, ecce, nota.
 Hoc vnum deorat. fastigia tanta bonorum
 Accumulans gaudet spem superare Venus.
 Nam datur excelsi generis formæque decore
 Clara, animique bonis par et honore TIBI.

Flos nouus vt laetum riguo nitet vnus in horto,

Illecebrisque tenet lumina cuncta suis:

Sic noua nupta genis et apertae frontis honore

Ora verecundi plena pudoris habet.

Manca domus fuerat, nunc fideris omnia ritu

Collustrat thalamis illa recepta TVIS.

Ni dominam videant, soli sine honore penates,

Reiciatque tepens addita thura focus.

Inde petas grauibus nunc oblectamina curis:

Sidereus tenebras arceat oris honor.

Cuncta sine enincat iuuenilis gratia formae,

Nec TE poeniteat vincla referre manu.

Illa viri exoriens depellet nubila vultu,

Vt lux excelsis nunc reditura polis.

Quod si animum accendant prauis pugnantis irae,

Haec dulci alloquio nupta leuabit onus,

TE que vicem cari, si opus est, contendet amici

Consilio ac prompta sustinuisse manu.

Mutandae si faeva minentur flamina fortis:

Si Deus hanc dura conditione ferat:

Verum ego communi cupio TE lege solutum,

Ac merito stabilem fortis habere viam:

Virtutis que TVAE exemplo constante reposcam

Fila eadem Lachefin ducere velle bonam.

Sin aliter tamen; et frigentia limina sentis:

Si fit amicorum feruida turba minor:

Si leuis aura fugat seruos, vnumque sodalem:

Vnica perpetua fit comes illa fide:

Vna mares animos sancto TIBI praestat amore:

Quidquid erit rerum ponderis, vna subit.

Cur dulci sapiens tantum confidat amico,

Quem Phoenicia graui vix ratione paret:

Quam natura dedit focia tibi lege paratam

Coeptes coniugii spernere durus opem.

Prospectans homini Deus hanc vos primus obire

Iussit amicitiam. quaerite nunc alias!

O feri studiorum, vt portum in caelibe vita,

Vt bona, defidiae pofcitis acre malum!

Sive metus tardat, feu vos incitua veri,

Seu mentis vitio fedula cura tenet.

Mitto fpem generis: fed qua ratione iuuabit

Talis amicitiae velle carere bono?

Aetates meritum celebrent Alceftidos omnes:

Illa fidem focii vicit, et illa patris.

Tale TVVM pignus fexcentis praeflet amicis:

Duret idem confians perpetuumque TIBI.

* * * *

Ifta quidem vox eft Academi publica noftri,

Mufarum fanctis promta TIBI ex adytis.

Quo decuit fermone deae fua verba figurant,

Non et Hyperboreis poftmodo nata plagis.

Nec minor his vates, Gottha fide cantet: at illum

Barbariae Clio non finat ifta fuga.

Aurículas teretes diuarum explentia canta,
Digna, ait, egregio, cui meditare, viro.
Digna tuis plectris, victura, negata profanis:
Quare etiam nomen nunc tenebrose premes.
Parte tui meliore manes: olim que repoces
Digna aetate alia praemia, care mihi.
Obscurum dicant, licet: hoc studiosius audent
Ferre. moues mentes nunc quoque lecte pias.
Prisca nec edoclae, faciles tamen artis amore,
Mifnides haec matres, haec Noua nupta leget.
Sint merito aeterni Musae Latialis honores:
Esse sine hac artes templaque posse negent.
Christicolae sacris dum debita verba requirent,
En, tua perpetuum charta legetur anus.





263577

ULB Halle
005 892 864

3




vD18


n. C.







HYMENAEIS FELICIBVS
ILLVSTRISSIMORVM
IO. GO. A GL. ET MA. AV. COM. A BR
DRESDAE M. FEBR. A. CIOIOCCLVI

mnia consiliis reatura salubribus olim,
In que bonum nostras vertere certa vices,
Mens aeterna Dei, caecis mortalia ducit
Saepe viis, ludens pectora nostra mora.
Saepe itidem Sortis bona dat praeuisa futurae,
Nec finit in vana spe trepidare fidem.
Vt nunc quanta, Vir o semper mihi primus in illis,
Quos colo, dicendus, quos que ego deinde colam,
Quanta TIBI, nunquam voto sperata modesto,
Et dedit, et modo dat, moxque datura venit?

